ibi dormitando decidēs expirauit
Quod audiens Nero plurimū de
eius morte doluit ⁊ statim alium
in eius officium ordinauit. Pau
lus vero ꝑ spm̄ hoc cognoscēs dix
it astātib⁹ vt illuc irent ⁊ Patro
culu ꝫ cesaris car.ssimū ad se defū
ctu ꝫ afferrent Quē allatum Pau
lus suscitauit ⁊ ad cesarem cu ꝫ so
cijs suis misit. Qui cū de morte ei⁹
lamētaretur ecce Patroculus iu
uenis adesse ꝑ fo ri b⁹ nūciat̄. Au
diēns Nero Patroculum viuum
quē pauloante nouerat mortuu ꝫ
plurimū quidē expauit ⁊ eū ad se
ingredi recusauit. Sed tandē ꝑsu
asu amico ꝝ intrare permisit. Cui
Nero ait. Patrocule viuis. Et ille
Cesar viuo. Et Nero. Quis te fecit
viuere. Et ille. Dn̄s Jhesus Xp̄s
rex omniū seculorū. Iratus Nero
dixit Ergo ille regnabit in secula
⁊ resoluet omnia regna mūdi.
Cui Patroculus. Eciā cesar. Tūc
Nero dedit ei alapā dicens. Ergo
militas illi regi. Et ille. Vtiq ꝫ mili
to: q ꝫ me a mortuis excitauit Tūc
q̄uq ꝫ ministri imperatoris: qui ei
iugiter assistebāt: dixerūt ei. Cur
imperator percutis iuuenem pru
dentem ⁊ veraciter respondentem.
Nam ⁊ nos illi regi inuictissimo mi
litam⁹. Quod audiēs Nero eos re
clusit in carcere ꝫ vt nimiū torque
ret quos nimis añ dilexerat. Tūc
omnes xp̄ianos fecit inquiri. ⁊ ō
nes sine interrogatione puniri ꝑ
tormenta valida. Tunc Paulus
vinctus inter ceteros añ Neronē
adductus est. Cui Nero. O homo

magni regis seru⁹: michi autem
vinctus. cur milites meos michi
subtrahis ⁊ tibi eos colligis. Cui
Paulus Non solū de tuo angulo
milites collegi: ſ eciā de orbe vni
uerso: quibus rex noster donati
ua que nunq̄ deficient ⁊ que om
nem excludūt indigentiam largi
etur. Huic si subiect⁹ eē volueris
salu⁹ eris: qui tante extat potētie.
vt iudex omniū veniat ⁊ mundi
hui⁹ figuram resoluat. Hec audi
ens Nero ⁊ ira icensus quia figu
ram mundi ꝑ ignem Paulus di
xit resoluēdam: ōnes xp̄i milites
iussit igne cremari. Paulu ꝫ vero
tanq̄ maiestatis reu ꝫ capite trū
cari Tanta aute ꝫ xp̄iano ꝝ occisa
est turba vt popul⁹ Roman⁹ pa
laciū virtute irrumperet ⁊ sediciō
nem cōtra eum excitare moliens
proclamaret. pone modū cesar. tē
pera iussionem nostrates sūt q̄s
perdis Romanum tuentur impe
rium. Timēs imperator mutauit
edictum vt null⁹ xp̄ianos tange
ret donec imperator de eis plenius
iudicaret. Quapropter Paul⁹ ite
rū est reductus. ⁊ aspectui Nero
nis oblatus. Quē vt Nero vidit
vehementissime exclamauit Tol
lite maleficū. decollate impostorē.
nec sinite viuere criminatorē. au
ferte de superficie terre mentiū im
mutatorem. Ad quē paulus ait
Nero tempore modico patiar. sed
viuam eternaliter domino ihesu
xp̄o. Nero dixit. Auferte ab eo ca
put. vt me rege suo fortiorē intel
ligat. quem cum deuici videam⁹

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0302
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG